

# TEXTUUM POENITENTIALIUM,

## ANNI MDCCV,

*Brevissima Expositio.*

922

160

**S**iquidem jam antea **DISPOSITIONIBUS HOMILETICIS**, tam in **FASCICULUM** hic Aboæ Anno **MDCCXIII.** collectis; quam sparsim deinde editis, **EXORDIA** & copiosa, & pœnitentialem instituto idonea, **USUSQUE** pro ratione textuum ac temporum necessarios, subministravimus monstravimusque; nec non Methodum concionandi in **Hodegetico Carpozoviano** bis hic impresso: proinde ex opere Exegetico quod **DIVINA ADJUVANTE GRATIA**, perficere conamur, succinctam trademus enarrationem in gratiam juniorum, ad sacros hujus anni textus, a **S. R. MAJESTATE, REGE NOSTRO CLEMENTISSIMO**, Quem **D. O. M.** servet, ac omnigena Regia felicitate & pace coronet! ordinatos, additis saltem dictis quibusdam **S. e. S. r. e.**

Die I. d. 14. Aprilis.

**TEXTUS I. Nehemiae I. v. 5, 6.**

**I**nstituti pœnitentialem insigne exemplum, I. Deum celebrando, II. constanter orando, III. peccata ingenue confitendo.

V. 5. Ach) repetenda ex v. 1, 2, 3. occasio orationis p̄li Dynastæ Nehemiae, (Neh. 12: 26.) & præparatio ad preces, v. 4. Vox prima q̄verula **NIN** Anna. Ach) in orationibus & deprecationibus adhibita, Gen. 50. 17. Exod. 32. 31. Psal. 116; 4, 16, & 118: 25. Dan. 9: 4. Iterata Nehem 1: 11.

HER.

*Ruswesi 3*

*Hærrer*) Nomen Dei essentiæ *Jehovah*, de quo Exod. 3: 14, 15. Deut. 6: 4. & 28. 58. Pl. 83: 19.

*Gud af Himmelen*) item v. 4. Hebr. *Deus Cælorum, Himmeliens Gud*, Est. 6: 9. Judith 9: 17. Ad eum dirigenda oratio, qui in Cælis & de Cælis Majestatem suam gloriose exhibet, vid: 1. Reg. 8: 23, 27, 30. Matth. 6: 9. &c. & quoniam Deus radios gloriæ suæ in templo Hierosolymitano monstravit, credendum quod versus Hierosolymam oraturus vultum suum converterit Nehemias conf. 1. Reg. 8: 44, 48. Dan. 6: 10.

*Tu store*) Immensæ magnitudinis Deus, Psal. 145. 3, 5. Jer. 23: 24.

*Och særskrækelige Gud*) Qui terribilis es hostibus vis Deut. 7: 21. Psal. 47: 2. piis autem cultoribus tuis venerandus, Pl. 95: 3, 6.

*Som håll r færbund*) Hebr: *færbundet*, Quod ex gratia inivit cum fidelibus in Christo, Gen. 17: 7. Psal. 89: 29. & III. 9. Esai 54: 10. Jer. 33: 20, 21, 25, 26. &c.

*Och barmhertigheet them som tig ælska &c.*) Hebr: & Luth. *Them som honom ælska och hålla hans bod*: Sic etiam in Hebr. Dan. 9. 4. ita in piorum consolationem de Deo in tertia Persona Exod. 34: 6, 7. & Ipse de se in prima, Exod. 20: 6. & orantes sæpè in secunda. 1. Reg. 8: 23. &c.

V. 6 *Let doch tin æron bæra bæ til*,) attentam & sedulam auscultationem sic pii à Deo petunt 2. Chron. 6: 40. Psal. 5: 3. & 130. 2 ipseque pollicetur, 2. Chron. 7: 17. & ob id laudatur, Psal. 10: 17. & 65. 19. Malach. 3: 13.

*Och tin æron ærne vara*) Nuncquam oculi Dei clauduntur: 2. Chron. 16: 9. Hiob 28: 24. Psal. 121: 4. sed hoc loquendi modo, gratiosus & commiseratione plenus aspectus Divinus, indicatur. Deut. 31: 12. Job. 36: 7. Psal. 34. 16. pii ideo suspirant 1. Reg. 8: 29. 2. Reg. 19: 16. Dan. 9: 18 & Divinum sequitur promissum Zach. 12: 4.

*Så at tu bærer*) confer 1. Reg. 8: 28, 30. &c.

*Tins tienares*) vid. 1. Reg. 8: 51. N. hem. 1: 11.

*Som jag nu beder &c.*) H: br. *Quam ego precor ante facies tuas hodie, diu nostræque, pro filiis Israël*: Luc. 18: 1, 1. Thess. 5: 16.

Och bekänner &c.) Esræ 9: 5, 6, 7. & 10: 11. Dan. 9: 4:

Emot tig gjorde hafva) Hebr. synder som wij hafve syndat emot  
tig: verbis proximis se & domum paternam accusat. v. 7. conf.  
Psal. 51: 6. ante oculos Domini 2. Sam. 12. 9. Esai. 3. 8. etc.

TEXTUS II. Deut. 32: v. 39.

Solida fidelium spes i. in Deo vero & solo, ii. in Deo misericordie  
iii. in Deo Omnipotenti:

Se 7 nu) hoc ex Divinis jam decantatis operibus, discatis, Deut.  
32: NB. v. 4, 6, 7, 35, 36. conf. Jer. 10: 6, 10, 11, 12.

Att iag allena eret) Hebr. Quod Ego, Ego ille sim. Quod &  
verus Deus sim, & quod solus sim Deus, Deut. 4: 35, 39. & 6: 4.  
1. Reg. 8: 60. Nehem. 9: 6. Psal. 83: 19. & 86: 10. Marc. 12: 29, 32.

Och ingen Gud ar serutan mig) Hebr. Et non est DEUS mecum,  
Quod non possit esse Deus alius, vel præter me vel simul mecum,  
Exod. 20: 3. Deut. 3: 24. Psal. 18: 32. Esai. 45: 5, 18, 22. conf. Dan. 4:  
31, 32. 1. Tim. 1: 17. & 6: 15, 16. &c.

Jag kan döda och lefvande göra) 1. Sam. 2 6. Pl. 68: 21. Per legem,  
crucem & varia afflictionum genera (Exod. 12: 17.) Deus mortifi-  
cat, per Evangelium vero, consolationem & auxilium, vivificat,  
Hof. 6: 2. 2. Cor. 1: 10. & 3: 6. & postquam per beatam analyfin hinc  
homines avocaverit, Psal. 90: 3, 5, 7. die novissimo iterum ad vitam re-  
vocabit. Esai. 26: 19. Quod nemo alius facere potest. Apoc. 1:  
19. hinc Deo tribuitur vita nostra Deut. 30: 20. 1. Tim. 6: 13.  
temporalis Deut. 5: 16. Act. 17: 25, 28. spiritualis Psal. 36: 10.  
Ephes. 2: 5. & æterna Joh 10: 19, & 11: 25, 26 &c.

Jag kan slå och kan bela:) Exod. 15: 26. Job. 5: 17, 18. Hof. 6: 12  
Sap. 16: 13. Tob. 3: 21, 22. & 13: 1, 2.

Ock ingen ar som ifrån mine hand kan frija) Nemo quempiam  
tutum præstare potest, cum Deus ad puniendum manum suam  
extendit. 2. Chron. 20: 6. Amos 9: 3. seqq. Obad. v. 4. Nec eum  
quem Deus servare vult, ullus ledere valet, Deut. 33: 3. Nehem.  
2: 9, 18. Psal. 80: 18, & 89: 22. & 119: 173. & 144: 7. Joh. 10: 28, 29. &c.

Utm ad libros Scripturarum Apocryphos paucissima erunt annota-  
 tiones nostre, circa hunc textum dicenda, ex aliis jam in  
 Fasciculo expositis, peti possunt, e.g. Deut. 4: 29, 30, 31. pag. 185. Josue  
 23: v. 8. seqq. pag. 266. Psal. 60: v. 13, 14. pag. 116. &c.

Die II. a. d. 9. Junii.

TEXTUS I. Jer. 17: v. 7, 8.

Verba Textus exposita sunt in fasciculo Homiletico, pag. 375. in  
 Concione 2. diei 3. 1682.

TEXTUS II. Jer. 47: v. 6, 7.

Ordinatum pacis desiderium, I. Impatientia sedanda. II. Dei  
 misericordia imploranda. III. Justitia Dei veneranda.

V. 6. *Huru lange wilt tu arliga*) Hæc verba ad vers. 5. referen-  
 da sunt, cumque B. Luth: sic vertenda: *Usque quo incidet te?* alloqui-  
 tur Propheta vel Ascalonem v. s. vel totam Phillæorum terram  
 v. 1. scil. Quo usque in mœnore illo gravissimo, & sub tru-  
 culentis Chaldæorum armis, v. 2, 3, 4. ex impatientia vel super-  
 stitione sese lanarent; frustra sic malum malo adderent, vid. Jer. 16.  
 6. & 48: 37. hinc B. Luth. Glossa ad h. 1. *Wie lange rikestu  
 dich?) silt leyd / als die thun so uber einen todten sich rikent /  
 welches Moses verboten; Levit. 19: 28. Deut. 14: 1. & quemad-  
 modum Græca versio LXX. hæc gladio Domini attribuit, εως  
 ζυος νόψεις, ita sunt qui id contextui magis convenire putant,  
 verum obstat significatio vocis reciprocativa in Hithp. hic &  
 Jer. 41: 5.*

O Tu HErrans (vend) ערר ערר Eheu gladio JEbova: parti-  
 culam vide Amos 5: 16. &c. Non conveniunt ista Philistæis, qua-  
 si in-

Inter incisiones v. 7. sic exclamassent, sed sunt verba Prophetae commiserantis vicem Philistarum. Ita enim viri Dei non tanguntur modo sensu malorum quae Dei populus patitur, sed & de calamitate hostium dolent, conf. Esai. 15: 5. & 16: 9. Jer. 48: 31. Itaque eleganti prosopopoeia, ut Zach. 13: 7 gladium Chaldaeorum vastantem alloquitur, vocatque gladium JEHOVAE, scilicet quia Dominus ei praecepit v. 7. DEUS direxit, Jer. 25: 29. ac successum concessit, conf. Judic. 7: 18, 20.

När vill du dock hålla upp? ) Quamdiu (vid. partic. Hebr. Psal. 13: 2, 3. Hab, 1: 2.) non quiesces? annon quiesces donec omnia perdidideris? quiesce, quiesce, ut aliquid residui maneat. confer Psal. 77: 8-9, 10. & 85: 6, 7 &c.

Faar dock uti tina (skjdo.) Ezek. 21: 28, 30.

Och brytla dig och var stilla.) quiesce & sile: prorsus conticesce, ne quis vel de motu vel de sono tuo extimescat: Esai. 23: 2. & 31: 2. &c.

V. 7. Men buru kan du uppehålla?) h. e. nullatenus requiescere potes: Respondet sibi ipse Propheta, quandoquidem gladius ipsi respondere non potuit: & petitum suum v. 6 Divinae voluntati, justitiaeque submittit, confer. Jer. 7: 16. & 11: 14. & 14: 11.

Medan Herren hafver gifvit dig befalning) Hebr: Quoniam Deum praecepit illi, scilicet gladio. Sic audientes ac legentes informat Propheta, de Dei justitia punitiva & vindicativa: Jer. 23: 20. Amos 3: 6. quandoquidem Philistaei gravissimè DEUM offenderint, persequendo populum DEI. Esai. 9: 12. Ezek. 25: 15, 17. Sic DEUS dicitur vocare gladium, Jer. 25: 19. Ezek. 38: 21. Famem, 2. Reg. 8: 7. Plal. 105: 16. siccitatem, Hagg. 1: 11.

Emot Askalon, och stalt dig emot hamarna vid hafvet) Hebr. ad Askalonem & ad portum maris, eo condixit illi Erat Askalon inter ultimas Philistaeae Urbes; Jud. 1: 18. 2 Sam. 1: 20. Jer. 25: 20. Amos. 1: 8. pervaderet itaque gladius Nebucadnezaris, ex in-

43  
Bibliotek

inevitabili Iustitiæ Divinæ decreto, totam Philistinam, usque ad littus maris mediterranei, omnia devastando. Factum hoc anno quinto post Hierosolymam captam & incensam, 2 Chron. 36: 19.

In desiderio pacis, sub presenti bello, pie ac prudenter hæc applicanda sunt, & nobis ob oculos ponamus. Esai. 1: 19, 20. *vid. Fascic. pag. 535.*

TEXTUS III. Psal. 18: v. 40, 41.

Lans Dei, (Psal 18: 1.) summi bellatoris (Exod. 15: 3.) Qui I. Pios corroborat, II. hostes eorum subjigit, III. oses eorum extirpat.

V. 40. *Tu kant rusta mig med starkheet vill stryd*) Hebr. *Accinges itaque me* (ita quoque in Svet. 2. Sam. 22: 40. *omgiorda*) robore ad prelium: quemadmodum in quovis opere gravi, lumbi cinguntur Hiob. 38: 3. Prov: 31: 17. ita quoque pugnaturi, imprimis gladium accingunt Psal. 45: 4. aliaque arma Nahum 2: 1. Deus proinde ipso robore pios accingit. Esai. 45: 5. conf. Ephes. 6: 10, 11, 13, 14. &c.

*Tu kant kasta them under mig &c.*) Hebr. *incurvabis insurgentes contra me, sub me.* Tu kröker them nær the villia stå på anda emoot mig: Jos. 10: 24. Psal. 17: 13. Esai. 63: 5, 6.

V. 41. *Tu gifver mig mina fiender på flycbrena*) Exod 23: 27. Jos. 10: 24. *At iag må fæstera mina batore* Ut oses meos excindam, Jos. 6: 1. & 6: 17. Psalm. 143: 12. In Christo Victore hæc præcipue locum habent, Esai. 59: 16, 17, 18.

Die III. a. d. 7. Julii.

TEXTUS I. Osea 14: v. 2, 3.

**P**eculiari Homilia expositus est in Fascic. pag. 277.

TEXTUS II. Tbren. 3: v. 57, 58.

**B**eneficia gratiosa presentia Divina I. Consolatur, II. defendit, III. liberat, K. 57.

V. 57. *Nalka tig-till mig*) *Appropinquasti*, non in longinquo-  
stetisti Psal. 10: 1. sed ut ubique præsentem te veneror Psalm 139: 7  
&c. ita etiam benignissime mihi adfuiti, Psalm 34: 19.

*Nær jag åkallar dig*) die quo invocavi te, h. e. quamprimum  
te invocavi, mox te præsentem exhibuisti, Psalm 145: 18, 19. Esai.  
6: 24. in die angustiarum, Psalm 50: 15. & 86: 7.

*Och säg: fructa dig-intet.*) Ita per promissiones in verbo &  
per internum solatium, metum & anxietatem sedasti, Psalm  
35: 3. & 56: 10. Esai. 41: 10, 13, 14. Phil. 4: 6.

V. 58. *Utratta tu HERre min sials saak*) *litigasti*, *Adonai*, *li-*  
*tes anima mea.* Esai. 49: 25. demonstrasti & in lucem produ-  
xisti iustitiam causæ meæ, tam verbis, Psalm 17: 2. quam opere  
Psalm 9: 5. & 35: 23. & 140: 13. Pr o. 22: 23. & 23: 11. Jer 11: 20,  
& 20: 12.

*Och förlossa mitt lif.*) *redemisti vitam meam*; hoc cum priori  
conjungit quoque David Psalm. 43: 1. iisdemque ac in textu nostro  
verbis Psal. 119: 154. NB. Psal. 69: 19. (al. 20) conf. Psal. 55: 19.

### TEXTUS III. *Levit. 26: v. 44.*

**S**olatium *Israëliticum in terra hostili I. à Dei misericordia*  
*II. à Divino fœdere.*

*Och om the en*) Hebr. *licet vero etiam hoc*: Continet hoc caput  
primo maximas Dei promissiones, si Israelitæ obedientes se præstite-  
rint v. 1-13. si vero fuerint inobedientes, denunciatione quinque plagarum,  
illarumque singulas septuplo augendas v. 14; seqq. in ultimâ quoque  
paterentur dispersionem inter gentes, v. 33, 38. NB. *Violatio*  
*Sabbathi, ut præcipua dispersionis & desolationis sanctuariorum*  
*causa notatur.* v. 34, 35, 43. Cum vero in gravissimis illis cala-  
mitatibus poenitentiam deinde agerent v. 39, 40. & iusta agno-  
scerent Dei iudicia, vid. gloss. ad v. 41. conf. Deutt; 4: 27-31,  
1. Reg 8: 47-53. Deus v. 44. hanc promissionem renovat: cuius  
effectum etiam in captivitate Babylonica sunt experti Jer. 29: 10.  
—14. Frustra autem hodierni Judæi quamdiu Dominum nostrum,  
JESUM

Iesum Nazarenum saluatorem mundi vera fide non agnoscunt, ex hoc textu aliisque se solantur, & haud raro inter Germanos Illuduntur per primam huius versiculi particulam.

*7 Fienda Land ero: )* Hebr. *dum fuerint in terra hostium suorum.* Jer. 12: 7. & 15: 4, 14. &c.

*Hafver iag likval icke særkastat them )* Hebr. *non reprobabo eos.* Lamentæ misericordiæ Divinæ opus 2. Reg. 13: 23. quanquam illi Dei statuta reprobaverint Lev. 26: 15. respicit tamen Deus poenitentiam intervenientem, v. 19, 40. Hiob. 8: 20. Psal. 51: 13. alias rejectionis periculum non evasissent 1. Chron. 29. (al. 28.) v. 9. Jer. 6: 28. 30. 1

*Och icke sã wemiat vid them, at thet skulle wara ute med them* Hebr. *Nec fastidiam eos ad consumendum illos: Illorum anima fastidiivit mandata Dei Levit. 26: 41. per conversionem v. effugiebant minas, Lev. 26: 30.*

*Och mitt særbund med them skulle intet meer galla )* Hebr. *ad irritum faciendum fœdus meum cum illis.* sc. non fastidiam eos. Fœdus Dei in venturo Messia cum Israelitis firmum foret; Gen. 17: 7. Rom. 4: 11. &c. Et propter Christi meritum, in gratiam credentes recipit, Lev. 26: v. 45. Psal. 89: 3, 29, 30, 35 — 38. Gal 3: 16, 17, 22. &c. conf. Rom. 11: 26, 27

*Iy iag er HËrren theras Gud: )* fœderalis est promissio, quod Deus illis quoad animam & corpus benefaceret, hic & in æternum, Gen. 17: 7. Exod. 20: 3. Lev. 26: 9, 45. Luc. 20: 38, 39. &c.

Die IV. a. d. 4. Augusti.

TEXTUS I. Osee 12: v. 6.

**C**onversionis ad Deum efficacissimum argumentum: Jehovah memoriale Ejus.

*Sã omvandt tig nu )* Verba antecedentia v. 5, in Hebr. Et Jeho-

930.  
164

*Jehovah* est *Deus Zebaoth*, *Jehovah* *memoriale* ejus: *lis* erat *Jehova* cum *Juda*, & ad *visitandum* super *Jacobum* v. 2. itaque ad *pœnitentiam* eos *hortatur*, tum *exemplo* *Jacobi* *cujus* *fidem* & *opera* *Deus* *respexit* *benefaciendo*, v. 3, 4. tum *ex* eo *quod* *fit* *DEUS* *Exercituum* *potentissimus*, qui *cuique* *secundum* *vias* *suas* *reddere* *valet*, v. 2. *in* *cujus* *potentiæ* *memoriale* *est* *nomen* *ejus* *Jehovah*, *postulat* *itaque* *conversionem* *seriam* *Hos.* 14: 1. *adde* *Esai.* 55: 7. *Jer.* 5: 12. *Joel.* 2: 12, 13. &c.

*Till thes Gud*) per *DEI* *gratiam*, & *secundum* *verbum* *ejus*, *ad* *eum* *ab* *Idolis* & *horrendis* *peccatis* *tuis*. *Hos.* 4: 1, 2. & 11: 5. & 12: 1. *revertere*, *ut* *in* *Deo* *tuo* *vivas*. *Mich.* 6: 8. *conf.* *Joh.* 3: 21. 1. *Joh.* 2: 5, 6. &c.

*Gær Barmhertighet och rätt*) *Hebr.* *benignitatem* & *judicium* *serva*: *exprimuntur* *fidelium* *virtutes* *secundum* *tabulam* *secundam*: *utpote* *qui* *maximè* *sunt* *evidentes*, *Osæ.* 10: 12. *Psal.* 82: 4, 5. *NB.* *Psal.* 101: 1. *de* *quarum* *defectu* *sapissimè* *Prophetæ* *conqueruntur*, *Esai.* 1: 23. *Jerem.* 6: 7. *Hos.* 4: 1, 2. & 6: 10. & 10: 13. &c.

*Och häppas all städets uppå tin Gud*) *sub* *hoc* *pœcepto* *virtutes* *primæ* *tabulæ* *comprehenduntur*, *Psal.* 39: 8. & 62: 6-9. *Jer.* 17: 13. *vid.* *Fascic.* *pag.* 461. &c.

TEXTUS II. *Psal.* 18: v. 47-51.

**A**d hunc *vid.* *Homiliam* *in* *Fasciculo* *pag.* 700. *addantur* *meditationes* *in* *Psal.* 21: *A. O.* 1701. & *in* *Psal.* 66. *A. O.* 1704. *edita* &c.

TEXTUS III. *2 Tim.* 1: v. 13, 14.

*Summa* *devotionis* *pœnitentialis.*

V. 13. *Hålt* *tig* *efter* *the* *hålsamma* *Ordz* *efter* *syn.*) *Formam* (*ἰσχυρίων*) *habe* *sanorum* *verborum*: *sive* *publice* *dices*, *sive* *privatim* *in* *formes*, *doctrinæ* *verè* *Christianæ* *dogmata* *intemerata*, & *formulas* *loquendi* *sanas*, *constanter* *servabis*, 1. *Tim.* 6: 3. *Quemadmodum* *à* *me* *audivisti*, & *Cœlestis* *doctrinæ* *capita* *in* *Epistolis* *meis* *exposui* 1. *Tim.* 4: 6, 16. 2. *Tim.* 3: 10. *secus* *facientes*

res sunt vaniloqui, 1. Tim. 1: 2, 7. insipientes, &c. 1. Tim. 6: 4. Ne  
profani sunt &c. 1. Tim. 6: 20. &c.

Om irona och kerleken i Christo Jesu in fide & charitate, qua  
in Christo Jesu: ista enim duo in homine Christiano spectantur,  
Jer. 5: 3. 1. Tim. 1: 5, 6. & 6: 3. 1. Joh. 3: 23.

V 14. Thetta goda betrodde godzer) bonum hocce depositum, Doctri-  
na scilicet Evangelii, que spirituale & aeternum bonum exhibet &  
confert, 2. Tim. 1: 9, 10. Joh. 6: 63, 68. Eph. 3: 8. Hebr. 6: 5. Jac.  
1: 17, 18. tibiq; concredita est. 1. Tim. 6: 20. 2. Tim. 3: 14.

Iærwara) Ne vel securitate, vel novitatis studio, vel vita cor-  
rupta &c. thesaurum illum perdas, 1. Tim. 4: 13, 14, 15.

Genom then Helga Anda, ) qui te ducet & corroborabit 2. Tim.  
1: 7. & 2: 7. ac contra hostes & tentationes, tecum pugnabit,  
Marc. 13: 9 - 11. Rom. 5: 5. & 8: 26, 37. 2. Cor. 4: 7.

Ithen uti es boor) Qui inhabitat in vobis, gratiosè &  
efficaciter 1. Cor. 3: 16. 2. Cor. 6: 16. &c.

## SOLI DEO GLORIA.



Pollelli mei expolui 1. Tim. 4: 16. 2. Tim. 3: 10. lecta facta-  
& formulas loquendi laque, constantiter tetraspis, 1. Tim. 6: 3.  
privatis informes, doctrina Christiana dogmata interiora,  
(transfere) data laque, 1. Tim. 4: 16. 2. Tim. 3: 10.  
V. 13. Hic ite de (1. Tim. 4: 16. 2. Tim. 3: 10.)  
Summe de (1. Tim. 4: 16. 2. Tim. 3: 10.)